

Enoch Svantenius


**Memoriam Viri Admodum Reverendi, Amplissimi, & Præclarissimi Domini
Caspari Lindenbergs/ Templi D. Petro sacri Pastoris Meritissimi Atqve
Celeberrimi, Lecturis P. D. S.**

Lubecæ: Formis Schmalhertzianis, [1713?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1807133702>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme
in alphabetischer Ordnung der gefeierten
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenberg, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
43. Sandow, David. 1752.
44. (Saß) Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne. 1787.
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
47. Schmidt, Jonas. 1745.
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
50. Gens Schuckmannia. 1706.
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
56. Senst, Johannes. 1723.
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.
60. Stever, Christian Michael. 1722.
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





(24)

MEMORIAM

VIRI

Admodum Reverendi, Amplissimi,
& Præclarissimi

DOMINI



ASPARI

Sindenbergs /

Templi D. Petro sacri

PASTORIS Meritissimi

Atque

Celeberrimi,

LECTURIS

P. D. S.

ENOCHUS SVANTENIUS, R.

LUBECÆ,

Formis SCHMALHERTZIANIS,



†

†

†

Aborem doloremque, anniversarium ac perenne mortalis vitæ atque operæ præmium & præmium existere, perquam verè ac prudenter carissimus divino Numini minister testificatus est. Enimverò, si à multis retrò elapsis ætatibus, ruminante repetantur memoriâ quamplurima istorum exempla, qui vel summâ, vel mediocri, vel infimâ perfructi sunt vivendi conditione, & qui aut publicæ aut privatæ rei suam naviter accommodârunt operam, hunc unum, seu apparatus, seu fructum, in optimo etiam vivendi statu adfuisse per liberaliter comprobabunt, semet dolendo laboravisse, ac laborando usquequaque doluisse. Laboret omnino aliquis doleatque eximiè ac impensè, ut, aut dignitatis, aut opum, aut voluptatis peroptatam sibi & suam conciliaverit usuram; nec sine dolore tamen laborem, nec sine labore fœnebri assiduum dolorem plus ultra perrexisse, deprehendetur. Cum utique nullus tam benè subductâ ad vitam ratione extiterit; quin ætas, usus, semper aliquid laboriosi doloris aut dædifici laboris apportaverint. Videlicet heroicæ ac egregiæ voci, *Laboramus*, indivulso adhæret nexu atque committatu ista, multiplicato creberrimè relata sono, ex ærumnosissimæ mortalium vitæ recessibus, constante *doleamus* feramusque. Adaugelcit quippe non minor varietas, quam multiplex tolerantia cumulatissimi tam laboris quam doloris publici pariter ac privati, & nova seu operandi, seu contristandi supplementa, indes ærumnosè ingravescent. Quapropter multò optatius & longè grætius evenerit isthæc vicissitudo laborantibus dolentibusque mortalibus, si pro continuis aut expeditionis cujuscunque aut tristitiæ molestiis atque fastidiis, hilarior quies diviniore voluptas placido è vivis discessu communicetur: & ipsi eò penetrent commorenturque, ubi semper augusta otii & dulcedinis continuatio amplificabitur.

Beatissimæ hujus tranquillitatis, aliquot abhinc diebus, suaviter compos evasit Vir Admodum Reverendis, Amplissimus, atque Præclarissimus, **DN. CASPAR LINDENBERG** / Pastor Templi D. Petro sacri meritißimus & celeberrimus: Cujus & per insignis ortus, & vitæ præclarum decus, & placidus ex hoc orbe exitus, **HONORATISSIMORUM** ulteriori animadversioni **LECTORUM**, ulteriori jam scriptionis officiosæ conatu exhibebuntur.

Natalis ipsi urbs Imperialis & libera existens *Lubeca*, sexto *Januarii* mensis die **A. MDCLXV**, conciliabat Parentes percelebris memoriæ: Patrem, Virum spectatissimum integerrimumque **DN. CASPAR LINDENBERG** / Civem ac Mercatorem primarium, & Matrem, ornatissimam Matronam, **ELISABETAM NEUSE** / **N. N.** Avum venerabatur ille Paternum, Per-Reverendum & Clarissimum Virum, **DN. LINDENBERGIUM**; in Ducatu Meclenburgico Verbi cælestis ministrum perfidelem, fratremque celebratissimi, **DN. PETRI LINDENBERGII**, editione *Chronici Rostochiensis*, maximè commendabilis. Maternus ipsi erat avus, Vir spectatissimus, **DN. GERHARDUS NEUSE** / Civis & Mercator primarius: Aviaque materna, matrona Nobilissima **MARGARETA von LINDENBURG**. Proavo inclarescebat materno, Viro Nobilissimo, Amplissimo, & Prudentissimo, **DN. GERHARDO NEUSE** / Senatore Lubecensi percelebri, proaviis per vices delectatus maternis, Feminarum spectatissimâ, **ELISABETA NEUSE** / & Matrona ornatissima, **CATHARINA NEUSE** / cum alter ipsi existeret proavus maternus, Vir genero

generosus DN. ALEXANDER à *LINDBURGO* Senator Lubecensis prudentis-
 simus. Illustrem Viro Admodum Reverendo generis gloriam conciliavit nobilissima
 Abavi materni Viri Generosi DN. JOHANNIS *REUTEN* profapia, gloriosissimi
 Imperatoris CAROLI V. testificatione confirmata, auctaque Generosis & Magnifico-
 rum & prudentissimorum Senum nominibus. Enitescebat perquam eximia indoles in
 tenerâ prole: cui, cum paterna mors triste pupilli nomen daret, succurrebat maturè
 provida Viri Nobilissimi & Amplissimi, DN. LAURENTII *WETZSEN* Senatoris
 prudentissimi, jam Vitrici ipsius cura, ut fideli committeretur institutioni Pastoris *Slutu-*
penfis meritissimi DN. JOHANNIS *RÖHMEN* ac literaturæ politiori moribusque
 concinnè adornandis asserviret. Sedenim, quando alterâ jam vice dolens Vidua, ca-
 rissima Genitrix, A. MDCLXXVI. nubebat Viro Nobilissimo atque Consultissimo DN.
 HENRICO BALEMANNO, U. J. D. Excellentissimo, & Senatori ac Camerario
 Lubecensi celeberrimo, indulgente hujus ac verè paterna cura revocatus *Schlutupio*, Viris
 præclare ac insigniter merentibus tunc de publico Lubecensi Ephæbeo, tanquam ubere
 bonorum genitrice ingeniorum, DN. HINCKELMANNO, (cujus per integrum
 annum privatissimâ usus est institutione,) LIPENIO, BRÜGGIO, FRANCKIO, soli-
 diori imbuendus intelligentiâ tradebatur. Jactis itaque primis bonarum artium litera-
 rumque fundamentis, paschali tempore A. MDCLXXXIII. *Rostochium* proficiscebatur,
 docentibusque ibi Viris celeberrimis, atque Excellentissimis, D. SELIGMANNO &
 ROSTEUSHERO, in Philosophicis; Doctoribus autem celebratissimis, VARENIO,
 COBABO, SCHOMERO, in Theologicis solertissimè auscultabat. Adorta verò ipsum
 vehementior febris vertente anno patriam repetere cogebat. Firmiori abhinc restitu-
 tus sanitati *Hamburgum*, A. MDCLXXXV. se contulit, celebratissimi D. ETZARDI eru-
 dito convictu ac singulari institutione in Hebraicis atque Rabbinicis aliqvantisper dele-
 ctatus. Ad *Wittebergensem* porrò & *Lipsiensem* contendens Academiâs, per diligentem atten-
 debat Viris multiplici excellentibus ac percelebribus scientia, D. OLEARIO, CAR-
 PZOVIO, RIVINO, SCHMIDIO, GÜNTHERO, DORNFELDIO, PFEIFFERO,
 ALBERTI, CHRISTIANI. Labente A. MDCLXXXVIII. egregium concitabat
 eum exterâs visendi terras desiderium, cumque *Lubecam* primum revenisset, perlustra-
 tis *Hamburgo*, *Bremâ*, & utrâque tam orientali quam occidentali *Frisia*, petebat *Belgium*, si-
 mul ut quicquid notatu dignum esset, curiosâ mente ruminaretur, & in percelebrum
 Virorum notitiam atque amicitiam se per liberaliter insinuaret. Trajecit inde in *Britanniam*,
 & observatâ *Londini* magnificentia Regia, *Oxonium* perrexit, usus peregregia supellectile
 librariâ *Bodlejo-Seldenianâ*, & Viris excellentibus ac eruditissimis, ABENDANÆ, HIDE,
 POCOCCIO, WALLISIO, CRABBE, BERNHARDI, familiariter innotescens.
Oxonio relicto gratum ipsi erat in *Cantabrigiensi* Academia celeberrimum convenire
 NEWTONUM: processissetque è *Britannia* in *Galliam* atque *Italiam* curiosa jucundè
 peregrinantis solertia, nisi pergravis belli gliscentis metus ancipitem remoram inje-
 cisset. Excipiebant itaque reducem A. MDCLXXXIX. penates patrii, indulgen-
 terque aliquandiu fovebant, solerter vacantem sermonibus ad populum habendis,
 cum ante stitisset semet usitato colloquio sacro Viri Admodum Reverendi, Amplissi-
 mi, & præclarissimi DN. M. BERNHARDI KRECHTINGII, Pastoris
 Mariani meritissimi, ac Senioris Rev. Ministerii gravissimi. Nec ita multò post,
 die nempe vicesimo octavo mensis *Januarii* A. MDCXCII. infulæ sacerdotalis evade-
 bat particeps, in sacram succedens stationem Cænobii Virginalis Johannæ, quam
 tunc vacuam reddiderat solennis vocatio Viri Admodum Rev. Amplissimi, & præclarissi-
 mi DN. HERMANNI *WESSEHOFSEN* ad *Ædis* Jacobæ Pastorum.
 Ruebat undecima lux mensis *Julii* eodem A. MDCXCII. quando ducebat domum
 Virginali tunc ornatu florentissimam MARIAM, Viri Spectatissimi, DN.
 HANS *SECHMANN* Civis Mercatorisque primarii filiam natu minimam.
 Fœcundum hoc & tranquillè continuatum per aliquot annos matrimonium, undecim
 testes ac mutui pignora amoris lugubri jam familiæ & stirpi *Lindenbergiâ*, sensim sup-
 peditavit. Primogenita Filiarum ornatissimo Virginei decoris apparatu politissima
 MARIA ELISABETA natalem agnoscit diem XV. *Julii* A. MDCXCIV. Major
 natu filius florentissimæ spei ac indolis GOTTLIEB FRIDERICUS, nono men-
 sis *Julii* die A. MDCXCV. in lucem susceptus est. Quæ natu secunda est filia, Virginali-
 bus ornamentis conspicua MAGDALENA MARGARETA die XXII. *Junii* A.
 MDCXCVI. vitæ hujus usura frui cœpit. Filiarum tertia ANNA GERTRUDIS
 nata A. MDCXCVII. die XVI. *Octobris*, & quarta ejusdem nominis, edita in lucem die
 XXVIII. *Aprilis* A. MDCXCIX. mortalitati jam aliquo abhinc tempore sunt ereptæ, unâ
 cum tenerrimis filiis, natu septima CATHARINA ELISABETA natâ pro-
 festo



festo paschatis die A. MDCCII. & natu postrema, JOHANNA ELISABETA,
 die XIV. Augusti A. MDCCIX. progenitâ. Superstites adhuc vivunt florentissimæ
 filiæ, ENGEL CHRISTINA d. XIV. Martii, A. MDCCI. & CATHARINA
 ELISABETA, die XIX. Maji A. MDCCV. vitalem consecutæ vigorem: cum biga filio-
 rum, florentis puero spei JOHANNES CASPARO natalem agnoscente diem
 Augusti mensis octavum A. MDCCIII. & suscepto in lucem die XXVIII.
 Martii A. MDCCVII. DIETERICO GERHARDO. Quibus omni-
 bus amplissimè nunc mærentibus, uti & Afflictissimæ CONJUGI, jam Viduæ
 sic adsit provida Æterni patris indulgentia! ut tristitiæ tolerante decremento, ac reparatæ
 incremento felicitatis meliore, peroptata vice fruantur exhilarenturque. Cum diem
 vitæ supremum egisset Vir Admodum Reverendus, Amplissimus, atque præclarissimus
 DN. GEORGIUS R̄J̄ĒĒN / Adis Petrinæ Pastor meritissimus, eligebatur
 Templi ejusdem Pastor & solenniter inaugurabatur. Cui duo muneri decus commemo-
 rabile addidit, non religiosâ tantum voce, pietatis ac fidei plenissima, cui attende-
 bant frequentissime ac promptissimè, quibus LINDEBERGIANA perplacebat fa-
 cundia & efficacia; sed eruditis etiam scriptis literato orbi sensim communicatis. Præter-
 quam enim, quod ipse etiam colligendis strenuam insumeret operam *Novis Literariis Bal-
 thici maris & Septentrionis*, multa iis adjecit singularia Scholia, *de vitris & poculis ominosis: de
 loco quodam Talmudico, Tres sunt impudentes, Israëlita inter gentes, canis inter animalia, Gal-
 lus inter aves; de non contemnendis ex lingua Hispanica utilitatibus Theologicis.*


Et, quoniam Belgica, Gallica, Italica, Hispanica ac Anglica lingvarum peritus orat,
 libellum Anglicum *Holy token for Childern* appellatum, ob sancta indicia liberorum, una cum
 vernaculo, *de quotidiana sui ipsius cognitione*, luci publicæ exposuit. Conflictatus autem est
 graviter Vir præclarissimus, cum imbecillitate oculorum, vertigine capitis, & periculo-
 so lateris sinistri dolore, gelido sæpius & calido vicissim horrore ancipitem in eum fa-
 cientibus impetum. Opposuit quidem præsentissima his malis pharmaca, Vir Nobilissi-
 mus, atque Experientissimus DN. JOHANNES JACOBUS S̄ĒD̄ĒĒN
 S̄ŌH̄Ē / Medicinæ D. & poliater Senior excellentissimus; plus tamen doctâ va-
 luit arte in valentia decumbentis cotidie magis ingravescens. Unde cum animadverte-
 ret, novissimam imminere migrationem, sanctissimè ad hanc se componebat, & inter
 astantium preces Admodum Reverendorum Collegarum, suorumque peramaræ ingemi-
 scentium forti, vicesimo octavo die elapsi mensis Aprilis, animam placidissimè cælo red-
 debat, quadraginta octo annis, tribus mensibus, viginti & uno diebus, in honorificâ vi-
 tæ pariter ac muneris statione laudabiliter confectis.


Consecutus jam es, Vir beatissime ac celeberrime, semper augustas optatæ quie-
 tis cœlestiumque gaudiorum primitias, quorum cursus perennior omni caret termino,
 quorum fructus nullo interpellatur fastidio. Abest exulatque dolor quilibet, qui unâ cum
 labore anniversario, varium Tibi onus, difficile opus, acerrimum & vitæ & muneris
 æstum conglomerare, intendere, accumulare solebat. Abstergit nunc omnes tristi-
 bus sui fidelis servi oculis lacrimas divina manus, ipseque in perpetuam penetrare jubêris
 delectationem. Securus esse poteris de tuo à meritis donisque per celebribus perenna-
 turo in terris honore: cum is, qui in vivis & nascitur, & noscitur, & pascitur ærumnosus
 livoris labor atque dolor, post fata tandem aliquando conquiescat. Excellens tua eruditio,
 erudita pietas, pia affabilitas, affabilis virtus, virtuosa dexteritas, dexterima omnibus,
 præcipuè tuis tuæque commissis curæ, exhibita promptitudo, promptissima dolorum labo-
 rumque tolerantia, tolerans prudentia, fides, comitas, solertia, non prius à posteris con-
 celebrari desinent, quàm cunctorum assiduo labori & dolori mortalium fixa obtigerint
 ac comprehendinata fuerint terminalia.

Conspicuo autem funeri Admodum Reverendi Pastoris, generalibus hodie
 deducendo exequiis, ut supremum accommodare & habere dignentur ac velint ho-
 norem, MAGNIFICI DNN. CONSULES: perillustris DN. PRÆPO-
 SITUS: Generosiss. DN. DECANUS: Maximè Reverendus & Excellen-
 tissimus DN. SUPERINTENDENS: Nobiliss. Consultiss. Experientiss. DN.
 SYNDICUS, & DOCTORES: Admodum Rever. & præclariss. DN.
 SENIOR, PASTORES, & SYMMYSTÆ: Nobiliss. Ampliss. & Pru-
 dentiss. DNN. SENATORES, PROTONOTARIUS, & SECRE-
 TARIUS: Omnesque præterea, quibus LINDENBERGIANA merita curæ
 sunt & cordi: tam mæsta LUGENTIUM vota, quàm officio-
 sissimæ scribentis preces observanter diligenterque desiderant
 & requirunt.

P. P. LUBECÆ d. VIII. Maji A. MDCCXIII.








33
LBMV Schwerin
000.188.018





DN. ALEXANDER à *WESUNO* / Senator Lubecensis prudentis-
 trem Viro Admodum Reverendo generis gloriam conciliavit nobilissima-
 terni Viri Generosi DN. JOHANNIS *WESUNO* profapia, gloriosissimi
 CAROLI V. testificatione confirmata, auctaque Generosis & Magnifico-
 dentissimorum Senum nominibus. Enitescere perquam eximia indoles in
 ole: cui, cum paterna mors triste pupilli nomen daret, succurrebat mature
 ri Nobilissimi & Amplissimi, DN. LAURENTII *WESUNO* / Senatoris
 ami, jam Vitrici ipsius cura, ut fideli committeretur institutioni Pastoris *Stutu-*
 tissimi DN. JOHANNIS *WESUNO* / ac literaturæ politiori moribusque
 adornandis assueficeret. Sedenim, quando altera jam vice dolens Vidua, ca-
 nitrix, A. MDCLXXVI. nubebat Viro Nobilissimo atque Consultissimo DN.
 D. BALEMANNO, U. J. D. Excellentissimo, & Senatori ac Camerario
 celeberrimo, indulgente hujus ac verè paterna cura revocatus *Schlutupio*, Viris
 insigniter merentibus tunc de publico Lubecensi Ephebeo, tanquam ubere
 genitrice ingeniorum, DN. HINCKELMANNO, (cujus per integrum
 vatissimam usus est institutione,) LIPENIO, BRÜGGIO, FRANCKIO, soli-
 endus intelligentiâ tradebatur. Jactis itaque primis bonarum artium litera-
 ndamentis, paschali tempore A. MDCLXXXIII. *Rostochium* proficiscebatur,
 sive ibi Viris celeberrimis, atque Excellentissimis, D. SELIGMANNO &
 HERO, in Philosophicis; Doctoribus autem celebratissimis, VARENIO,
 SCHOMERO, in Theologicis solertissimè auscultabat. Adorta verò ipsum
 or febris vertente anno patriam repetere cogebat. Firmiori abhinc restitui-
Hamburgum, A. MDCLXXXV. se contulit, celebratissimi D. ETZARDI eru-
 ri institutione in Hebraicis atque Rabbincis aliqvantisper dele-
 em porrò & *Lipsiensem* contendens Academiis, per diligentem atten-
 excellentibus ac per celebribus scientia, D. OLEARIO, CAR-
 CHMIDIO, GÜNTHERO, DORNFELDIO, PFEIFFERO,
 TIANI. Labente A. MDCLXXXVIII. egregium concitabat
 tras desiderium, cumque *Lubecam* primum revenisset, perlustra-
 traque tam orientali quam occidentali *Frisia*, petebat *Belgium*, si-
 dignum esset, curiosam mente ruminaretur, & in per celebrium
 amicitiis se per liberaliter insinuaret. Trajecit inde in *Britanniam*,
 gnificentiâ Regia, *Oxonium* perrexit, usus peregrina suppellectile
 , & Viris excellentibus ac eruditis, ABENDANÆ, HIDE,
 ISIO, CRABBE, BERNHARDI, familiariter innotescens.
 ipsi erat in *Cantabrigiensi* Academia celeberrimum convenire
 rocessissetque è *Britannia* in *Galliam* atque *Italiam* curiosa jucundè
 nisi per gravis belli gliscens metus ancipitem remoram inje-
 taque reducem A. MDCLXXXIX. penates patrii, indulgen-
 ebant, solerter vacantem sermonibus ad populum habendis,
 t usitato colloquio sacro Viri Admodum Reverendi, Amplissi-
 DN. M. BERNHARDI KRECHTINGII, Pastoris
 c Senioris Rev. Ministerii gravissimi. Nec ita multò post,
 tavo mensis *Januarii* A. MDCXCII. infulæ sacerdotalis evade-
 am succedens stationem Cænobii Virginalis Johannæ, quam
 t solennis vocatio Viri Admodum Rev. Amplissimi, & præclarissi-
 NNI *WESUNO* ad Aedis Jacobæ Pastorum.
 mensis *Julii* eodem A. MDCXCII. quando ducebat domum
 florentissimam MARIAM, Viri Spectatissimi, DN.
 NNI *WESUNO* / Civis Mercatorisque primarii filiam natu minimam.
 quillè continuatum per aliquot annos matrimonium, undecim
 amoris lugubri jam familiæ & stirpi *Lindenbergiæ*, sensim sup-
 ta Filiarum ornatissimo Virginei decoris apparatu politissima
 ETA natalem agnoscit diem XV. *Julii* A. MDCXCIV. Major
 spei ac indolis GOTTLIEB FRIDERICUS, nono men-
 IV. in lucem susceptus est. Quæ natu secunda est filia, Virginali-
 ua MAGDALENA MARGARETA die XXII. *Junii* A.
 usura frui cœpit. Filiarum tertia ANNA GERTRUDIS
 die XVI. *Octobris*, & quarta ejusdem nominis, edita in lucem die
 CXCIX. mortalitati jam aliquo abhinc tempore sunt ereptæ, unâ
 , natu septima CATHARINA ELISABETA natâ pro-
 festo

